

1. Inter querelas, quae Serenissima Regina Angliae etc contra eos instituta et factae sunt, qui auspicijs Ex<sup>ae</sup> Vrae, mare oberrant, plurimae sunt, quae iuria Admiraltatis auctoritate confirmari, ob temporis brevitatem nequiverunt: quarum unam Ma<sup>tas</sup> Sa non minus meae fidei commendaui, quam quas sigillum Admiraltatis obsignavit: Omnibus querelis, ut Vra Ex<sup>ae</sup> commodius medeator, diversa earum naturam hoc scripto comprehenda. Frequentissima omnium querela oritur ex eo, quod Ex<sup>ae</sup> V<sup>a</sup> superioris anno, mense maio, edictum promulgavit, quo accessus cum mercibus in Flandriam, Angliis interdictum, quod edictum ex Diametro pugnat cum privilegijs, quae ad aliquot saeculis Angliae genti in dulta fuere; quae Serenissima Regina nullo tempore ab ullis violari passa est. Jam vero cum Anglii virtute principiorum in Flandriam saepe numero transiant, a Whisingensibus indies intercipiuntur, quorum bona fisio mox adijcitur, quod hoc Ex<sup>ae</sup> Vrae edictum transgrediantur, quo se teneri non existimant. Serenissima aut Regina miratur, volumine Vrae Ex<sup>ae</sup> publicato edicto, ita aperte privilegia infringere, quae a suis maioribus, ad suam Ma<sup>tas</sup> transmissa, inviolabiliter. Suae ma<sup>tas</sup> conservanda sunt. Merito igitur postulas, restitui subditis, quae hoc modo illis erepta sunt, Et ut Vra Ex<sup>ae</sup> caveat ne in posterum privilegia ea violentur, a suis, requirit, quae sua Ma<sup>tas</sup> omni studio tueri debet. qui vero, hac ratione conquestruntur, immunes sunt.

2. Alij conquestruntur spoliatos se fuisse, antequam edictum illud magis publicaretur, quo violato Whisingenses confiscationem pretendunt. Ex quorum numero sunt Thomas Castellinus, Joannes Fauror, Gulielmus Romsejus.

3. Nonnulli sunt, qui sancte iurant ignorantissimos se publicati edicti fuisse. Quamvis ac licet ignorantia legum, sicut us vulgo dici solet, violatorem non excusat, persequimur tamen non perinde, ac indigenas condemnat. Fuit equidem horum ratio habenda est, cum ob distantia locorum edicti huius mensur fuerint, qui inire, hoc edicto non tenerentur: cum (ut dictum est) virtute antiquissimorum privilegiorum, Anglii commercia consueta cum Flandris exercent, quorum similis virtute, Flandriae et Zelandiae reciproci in se invicem Regna regna patet accessus. Qui autem ignorantiam pretendunt, sunt Joannes Selwood, Nicolaus martinius, Exonienses ambo, ac longissime a Londinensibus distiti; Thomas Castellinus, Henricus Pasmeche

Gulielmus Salicis, cum consortibus suis.

4. Sicut alij qui conqueruntur graviter, vim sibi fuisse illatam, ac fortunas suas sibi ereptas, qui in Hollandia et Scandiam recto cursum navigaverunt. Ex quorum numero sunt, Egidius Simons, et Joannes Marshal, necnon Joannes Martson, et Gulielmus Wadsworde: qui praeter edicti tenorem, spoliatos bonis suis, indignissime tractatos fuisse, docent.

5. Alij, dum in Gallias et Hispanias ex Anglia proficiscentur, bonis suis se fuisse exantos contra voluntatem Ex<sup>a</sup> Vrae, probaverunt: ut Joannes Castelinus et Joannes Barbours Hispanicus. Et diverso Thomas Pullisonius Aldermanus Civitatis Londinensis, alij plurimi, quorum nomina particulari libro Admiralis Britannica sigillo obdignato, continentur, depredatos se fuisse probaverunt, dum ex Hispania in Angliam portus venererentur.

7. Praeter hos, alia sorte spoliatum se conqueritur Thomas Lawrence, cum veniam a Vlissingensibus impetrasset, ut ex Flanabria in Angliam suas merces transmitteret: cuius querela inferius latius explicabo.

8. Alia est ratio eorum, qui vel pecunias Ex<sup>a</sup> Vrae statibus Hollandiae, vel Scandiae, crediderunt, aut merces suas divendiderunt, qui debita sua certis obligationibus statim comprobata recipere negaverunt: quorum nomina in fine subiiciam, quot quidem in nota sunt.

9. Particularis vero est querela Ferdinandi Pointz, qui cum Saccharum magno numero a Vlissingensibus sub initium huius summi anni emisset, pro quo illis solvunt parata pecunia, partim, partim alijs rationibus, Intelligit Vlissingenses residuum aliquod debiti huius soluti, pretendere et exigere, cum rationibus subductis, probare possit, Vlissingenses ipsi debere.

10. Ac haec quidem querela maxime spectans ad mercatores. Inter vero alios Matris serenissima subditos, sunt capitanei quidam, qui cohortes aliquot militum ad Ex<sup>a</sup> Vrae transmitterunt ac duxerunt, quibus shipendia nondum soluta sunt, ut sub finem huius scripti adnotabo. Ac alia quidem possumus esse rationes aliorum subditorum sereniss<sup>ae</sup> Matris suae, nam quoniam similes quae vole mea curae sunt commendatae, non tamen ideo obis mihi imminerunt. Operam potius, non tam vobis seget querelarum serenissima Regina iustissime de causis, oblata fuisse. Agam ~~Vra~~ ram tantum cum Vra<sup>a</sup> Ex<sup>a</sup> de ijs que

que libellis Admiraltatis univ[er]sa confirmatis comprehense non fuerit, quae mihi  
in Regia Serenissima Natis sua present[er] commendabuntur.

Mercatores Hullenses Angli, Societatis Stapulariorum, mense maij  
ultimo praeteriti, duas naues omnes lanae et pellibus patrijs vsus Flandria  
transmiserunt, quarum priorij (Passer) nomen erat, quae charta ~~partita~~  
obligabatur, recta Vlissingam petere, ut licentia perculta, sine difficul-  
tate in Flandriam perveniret. Vlissinga vero, cum per duos menses des-  
neretur, multis cavillis in chartam partita excogitatis, ut videlicet aliq[ui]  
praetextu inuento, fisco bona in ea contenta addicerentur, cum veritas  
prevaleret, gravissimu[m] vectigal bonis imponerent, vigesimo nummo  
pro singulo centenario pondere exacto et persoluto; Alterij nauj  
nomen est, Gratia Dei, quam, sententia lata fisco addicerunt:  
quod videlicet iura Licentiae Vlissingensis solutionem recto cum  
clusas peteret. Huius secundae nauis bona, proprietarij primj, recte  
merant, <sup>auctione facta</sup> ~~pro quorum per auctionem~~: pro quorum exportatione, Vlis-  
singenses viginti insuper libras exigunt, cuius summae solutio-  
nem, nisi Exa Vra obstat, a paucissimis diebus postulabunt. Pe-  
tit Serenissima Regia, ut bona in utraq[ue] nauj comprehensa, cum  
licentis seu vectigalib[us] persolutis, et adhuc persolendis, resti-  
tuantur proprietarijs, cum sua ma[gn]a nullu[m] inq[ui] agnoscat. Cur Vlis-  
singenses in subditorum suorum bona, inuolent, aut vectigal ali-  
quod a suis exigant.

Jannes martson Anglus, anno 1573, nauem quandam Gonden-  
sem, Bostonij in Anglia, varijs meribus onestam in Hollandiam  
transmisit, quarum merium valor 600 libris Anglijs aestimatur.  
capta aut haec bona fuerunt a Francisco Jacobson Arge, com-  
morante Bommenej, qui praeter depredationem horum bono[rum],  
singularem quandam ~~bono~~ violentia[m] et petulantia[m] in dictum pro-  
prietariu[m] exercuit: qui proprietarijs adversariu[m] in inq[ui] vocavit, ac  
secundum leges condemnauit, sumptibus 700 florenor[um], ad iusticia[m]

obtentionem in Hollandiâ consumptis. Ceterum cum dictus adversarius, quater a iudicibus citaretur, contumaciâ suam prodidit, ac venire recusavit, hoc argumento causa suâ iniusticiâ confitendo. Aequissimû ergo est, Ex<sup>a</sup> Vra hominem iniuri sistat, ac ad solutionem cogat, cum Legum suam subterfugiat, ac Bommensij consistat, Vre Excellentie isthuc interveniendô.

Thomas Laurence transivit Brugis, versus Angliam, vas quoddam albo filo ornatum, pro quibus mercibus saluum conductum à Vlissingenibus prius obtinerat, quæ merces tempestate quâdam navij submersâ in ipso portu Brugensi, ferè perierant, quæ ex aquis recuperatâ, magno sumptu ab eo Laurence evicabantur. Ipse vero cum ultimô Aprilij ad Vlissingenses ab Adventurarijs mercatoribus, pro navibus societatis auctoris, mitteret, allocutus est Admirallum, quij audito infortunio gradu dictis mercibus acciderat, liberaliter amittit, licet videlicet ipsi dictas merces illius veniâ ex Flandriâ salvas in patriâ transmittere. Unde Laurence dictus, has merces vasi impositas, Brugis in navem coniecit, cui nomen fuit Gulielmus Harwood, quæ navis cum omnibus bonis in eâ contentis ultimo Maiô a Vlissingensibus intercepta fuit: filium hoc album proprietario 63. libris Flandris ac 15. solidis constitit: vasi vero in quo filium fuit, nota in margine apposita erat: quocumque unæ reliqua fisco addicerent, hæc certe merces, hoc vasi contentæ, præter omnem æquitatem proprietario evictæ restituedæ sunt.

Georgius Clifford, Serenissime Regine domesticus, ultimo martio, ex Anglia X<sup>viij</sup> Belgium 98. dobra cerensia repleta, transmitti curavit, in navij quâdam Duvrighensi, cui nomen erat Christi gratia: pro cuius Cerensie valore restituedo, honoratissimij Viri D. Walsingham ad Admirallum et Gubernatorem Vlissingensem scripserat, sed proprietario nihil dnm̄ recepit. æstimatur aut Cerensia hæc ~~100~~ 100. libris præter 13. libras, quarum æstimatio in alijs bonis, dictæ navij inditis, simul erepta fuit. Jus quod Vlissingenses ad horum bonorum confiscationem, præstendunt, Sereniss<sup>a</sup> Regina iniustissimû affirmat.

H. 2. 1.

Inter alios, quorum querdas, Serenissime Reginae consiliarij, Vre Ex<sup>ca</sup> com-  
mendant, negotium Georgij Suthauct, imprimis Vre Excell, commendant, ac petunt  
V. E. hominis bene de se merito, rationem habeat, nec vixit ipsius author sit. In  
mibus enim consideratis, non sustinent honoratissimj Consiliarij, tam atrocem illa  
commisisse culpam, ut tam extremo iure cum illo agatur. Certe Vre Ex<sup>ca</sup> ne-  
gocia, magna cura Honoratissimis consiliarijs commendavit, unde merito obtet-  
tuntur Vre Ex<sup>ca</sup>, afflictis vno, favorabilem se praebat.

Joannes Barberus mercator Hispanicus, cum superiori anno merces quas-  
dam Anglicas in Hispaniam transmitteret, mense Aprilis, in naues quasdam Ex<sup>ca</sup>  
Vre incidit, quarum nauta, certos pannos illi eriperunt, ad Valorem 200. libra-  
rum Anglicanarum, quem Valorem, aut merces illi ereptas, cum vestimj sibi  
postularet ultimo Februario, nihil obtinuit, praeter cavillationes, de industria  
a Vlissingensibz excogitatas, in quibus ingeniosos se praebent. Finxerunt. n-  
isti Vlissingenses, cum in nauem istius Joannis Barberi incidissent, contume-  
liosa Xra, nauclerum, in Ex<sup>ca</sup> V. protulisse, quae causa fuit, ut nauem erepta-  
one dictorum pannorum mulctarent: quasi verisimile esset, nautas, undiq;  
cinctos armatis navibz, voluisse tali petulantia, potentiores pronocare: Sed  
quid non est, quod Vlissingenses, fingent, ut bonos praetendant cofija-  
tionem. Certum vero est, iureiurando a quolibet eorum quj tunc nauj  
haec ferebantur exacto et prestito, nihil tale dictum fuisse: sed manifesta  
iniuria ea bona, dicto Barbero erepta fuisse: unde iustum esse existimat  
Sereniss<sup>a</sup> Regina, ut ablata ea proprietario restituantur.

Robertus Eliott, conqueritur, quod cum pulverem tormentarium,  
victualia, et similia bollo necessaria, urgente eorundem inopia, Hollandijs  
diuendiderit, pro quorum solutione status se obligauerit, nihil dmi recep-  
it eius summae, quae soluenda restabat, quaeq; ante annos duos, debita  
fuit. Apparet aut ex ipsis statim obligationibus, restare. 405. libras 2. sol.  
2. denarios. Equissimum certe est, ut quae a tam longo tempore, solui debe-  
rant, tandem soluantur.

Himfredus et Edouardus martini, fratres, Zelandis Statibus 2000.  
florenorum nullo foenore reddendo, mutuo dederunt, quae summa illis reddenda  
erat. 26. Aprilis, ultimo praesentis: Cum aut superiori mea, ad Ex<sup>ca</sup>  
V. profectio, Vlissingensibus scripto quaedam proposuissem, inter alia,

hujus debiti mentionem feci: quo tempore, mihi responsum fuit, subdixissim me non  
nondum tempus solutionis aduenisse: ac haec quidem et dicta fuisse, et scripta;  
cum ex obligationibus ipsis, liquido apparet, 26. Aprilis, soluendum mutuum  
fuisse: illi vero haec responderunt 27. Maji. spondebant tamen solutione:  
hoc aut Julio, cum debiti solutio postularetur, responderunt, proximo No-  
vembri se soluturos: quae tergiversatio damnoxa creditoribus est. Et ar-  
quit debitores, tempus de industria ducere. obtestantur vero creditores  
Exc<sup>am</sup> Vram, ut in hujus summae solutionem procurare dignetur.

Ultimo loco sunt, quorum querelas primo loco recensere debuissem,  
militares viri, ac capitanei, Thomas Morgan, Joannes Morris, et Agar,  
qui cohortes aliquot militum, ad Exc<sup>am</sup> Vram ex Anglia, magnis impensis suis,  
in Hollandiam transmiserunt, qui ob sumptus immensos factos, dimi Exc<sup>am</sup> V<sup>a</sup>  
operam suam nauare studuerunt, re compensatione <sup>non</sup> facta, ad extremum sunt re-  
ducti; dimi suis creditoribus soluendo non sunt: unde legibus obnoxii, in mag-  
no discrimine versantur. quorum tamen igitur stipendiorum solutionem postulauit,  
quorum postulata, honoratissimi consiliarii tanto maiori studio Vrae Exc<sup>ae</sup>  
commendant, quod laborantibus Hollandiae rebus, subueniant: unde labo-  
rantibus illis, minime penuria, succurrendum est.

Ac longe quidem plures sunt querelae subditorum Sereniss<sup>ae</sup> Reginae,  
de Whisingensibus conquerentium, quarum hinc mentionem non facio, quod  
singula membra minus certe, probare in potui possim. Rem gratam, et aequam  
Serenis<sup>ae</sup> matri suae, vestra Exc<sup>ae</sup>, praefacet, si intelligat sua mat<sup>ris</sup>, Vra  
Exc<sup>ae</sup> studium, in satisfactone suis procuranda: siq. re ipsa experiamur, a  
similibus malis, Vram Exc<sup>ae</sup> suis subditis, <sup>in posterum</sup> praecauisse. Dordraci, XII.  
Julij. 1678.

Excell. Vrae

Studiosissim<sup>e</sup>  
Daniel Rogervius